



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.  
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

**Angelis, Paolo de**

**Roma, 1621**

Cap. V. De praestantia, & nobilitate Basilicae sanctae Mariae maioris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13873**

ad Præsepe Domini, cuius corpus postea Romam A  
delatum in Basilica sanctæ Mariæ Maioris dig-  
no honore seruatur. Quæ historia adeo vera,  
existit, vt integra volumina reperiantur, quæ  
id accuratè pertractant. & si tēpus pro huius  
confirmatione ponere vellemus, nec non  
etiam testimonia, sic liber excreset, vt tæ-  
dium Lectori afferret. Vt tamen non solum  
huic tractationi terminus, sed etiā aliter sen-  
tientibus imponatur, nonnulla ex Romano  
Breuiario proferemus. Qui ad summam sene-  
ctutem perueniens, sanctitate, & doctrina il-  
lustris, Honorio Imperatore migravit in Cælum.  
Cuius corpus ad Bethleem sepulchrum, postea Ro-  
mam in Basilica sanctæ Mariæ ad Præsepe  
translatum est, &c.

Et in manuscriptis, cuius inscriptio est  
Passio Sanctorum Martyrum, in fine habe-  
ret, Liberium Papam, dum hanc consecra-  
ret Ecclesiam, simul plurimis reliquijs or-  
nasse cum maius Altare, tum quoque sanctif-  
simi Præsepis: ita enim legitur. Quam præ-  
fatam Basilicam idem Pontifex in honorem Dei, C  
& B. Mariæ Virginis consecrauit. In qua qui-  
dem sibi Præsepe Domini, Cunabula, fenum, &  
pannos Domini nostri Redemptoris in eiusdem  
Præsepis Altari miro ordine reuerenter cum mul-  
tis alijs Apostolorum, Martyrum, Confessorum,  
atque Virginum reliquijs, quorum nomina su-  
peruacaneum est nominare, collocauit. In maiori  
sq; eidem Altari de lacte eiusdem gloriose Vir-  
ginis, de capillis ipsius, & canipium sui sacra-  
tissimi capitis, unā cum vestimento sanctif-  
simi corporis deuotissimè recōdidit: ante quod qui-  
dem Altare sub lapide porphyreo Beati Matthæi  
corpus requiescit, & eius caput exterius à Cano-  
nicis ipsius Basilicæ conseruatur.

Hic à difficultate abstinemus à multis  
agitata, scilicet num hic sanctus, Presbyter  
Cardinalis Romanæ Ecclesiæ fuerit. sed veri-  
tatem suis locis conseruantes, tantum ad-  
demus, quod in Archiuo adest, hoc pacto:  
Extat pictura antiquissima musiuæ, in qua in-  
spicitur imago sancti Hieronymi docentis

Paulam, & Eustochium cum mi-  
tra, quæ est insigne Cardina-  
latus, ac certum testi-  
monium, ces-  
sante in  
eo  
Episcopali di-  
gnitate.

\*



DE PRAESTANTIA,  
ET NOBILITATE

Basilicæ Sanctæ Mariæ  
Maioris.

Caput V.



T huius Ecclesiæ excellentia  
apparet, est necessarium  
antea ostēdere Romæ quin-  
que Patriarchales Basilicas  
inueniri, inter quas, sancto  
Ioanne excepto, hæc primum locum obti-  
net; nec quidem tantum Romæ, sed etiam  
in Christiano orbe vniuerso. Prima Patriar-  
chalis occurrit Sancti Ioannis Laterani, olim  
Saluator appellata; postea Sanctæ Mariæ  
Maioris, vel certè ad Præsepe. Tertia San-  
cti Petri in Vaticano. Quarta Sancti Pauli  
in via Ostiensis. Quinta sancti Laurentij mar-  
tyris, in via Tiburtina. Et sanè quod hæc  
secundam sedem inter omnes possideat, li-  
cet ex Baronio cognoscere, & etiam alijs.  
Sic enim scribit. Sunt in Ecclesia Romana,  
(Romæ scilicet) quinque Ecclesiæ Patriarcha-  
les. Prima est Ecclesia Lateranensis, quæ Con-  
stantiniana, & Basilica Saluatoris diuerso no-  
mine nuncupatur. Quæ habet septem Episco-  
pos Cardinales, Collaterales Episcopos nomina-  
tos, siue hebdomadarios, qui singula hebdoma-  
da Cappelle Pontificiæ seruitio adstant. Erant  
que hi, Episcopus Ostiensis, Portuensis, &  
sanctæ Rufinæ, vel Syluæ candidæ: Episco-  
pus Albanensis, Sabinensis, Tusculanus, &  
Prænestinus.

Alia Patriarchalis est sancta Maria Ma-  
ior dicta, in qua habentur septem Cardinales  
Presbyteri, scilicet Cardinalis sanctorum Apo-  
stolorum Philippi, & Iacobi, sancti Cyriaci in  
Thermis, sancti Eusebij, sanctæ Pudentianæ,  
sancti Vitalis, sanctorum Petri, & Marcelli-  
ni, & sancti Clementis.

Alia Patriarchalis Ecclesia sancti Petri,  
in qua item septem sunt Presbyteri Cardinales,  
scilicet, sanctæ Mariæ Transiberim, sancti  
Chrysogoni, sanctæ Cecilie, sanctæ Anastasie,  
sancti Laurentij in Damaso, sancti Mar-  
ci, sanctorum Martini, & Syluestri.

Alia Ecclesia Patriarchalis est Basilica san-  
cti Pauli, in qua sunt Cardinales septem, San-  
ctæ Sabine, sanctæ Priscæ, sanctæ Balbinæ,  
sanctorum Nerei, & Archilei, sancti Sixti,  
sancti Marcelli, & sanctæ Susanne.

Quinta

Honoph. Pann.  
in tract. de sept.  
Eccles.  
Romæ quinque  
Ecclesiæ patriar-  
chales.  
Baron. rom. 1.1.  
ad ann. 1057.

Inter Eccles. pa-  
triarch. Eccles. S.  
Mariæ Maioris  
primas tenet  
post Lateranen.  
I. aron. ubi sup.  
Ex scripto anti-  
quo ex Vaticano  
Codicis sanctorū  
rituum Romana  
Ecclesia.

Honoph. de sept.  
Eccles. Bar. ubi  
supra ex multo-  
rum Bibliotheca  
Vaticana manu  
scriptis testimo-  
nijs.  
Vide etiam de  
veritate huius  
historia Ptolom.  
de Luc. & Mar-  
tinum Panu-  
tiantium.

Liber. passionum  
ss. Mart. apud  
Monasterium S.  
Ceciliæ in Trāst-  
uerim.

De hac historia  
videt Ciacc. in  
Vita S. Damasi.  
Forit de S. Hiero-  
nymus Presb.  
Cardinalis.

Quinta Patriarchalis erat Sanctus Laurentius extra muros, in qua sunt hi Cardinales, Sancte Praxedis, Sancti Petri ad Vincula, Sancti Laurentij in Lucina, Sanctorum Ioannis & Pauli, Sanctorum Quatuor Coronatorum, Sancti Stephani in Calio Monte, S. Quirici.

Harum Ecclesiarum Primates in Laterano erat Cardinalis Decanus, in sancta Maria Maiore Archipresbyter Cardinalis, in reliquis tribus Abbas Cardinalis. Et sane quod haec Patriarchalis secundum locum teneat, ex illo valde cognoscitur; quia cum prima fuerit Saluatori dicata, post ipsum altera sedes potius matri eius, quam alicui ex Sanctis competit. Quod etiam ex Petro de Monte apparet, ubi miraculum in hac Ecclesia narrat, de quo distincte suo loco agemus: interim sic testatur: Illud quoque nobile, & iucundum miraculum, quod ante plures annos compertum, iam penè cum tempore mente elapsum fuerat, memoria sequentium mandare ultra non differam. Habetur Romae Patriarchalis Ecclesia in honorem perpetuae Virginis matris Domini consecrata, quae vulgari sermone sancta Maria maggiore, vocatur. Maior autem idcirco, quia post Lateranensem sanctissimi Saluatoris Ecclesiam, maior dignitate non solum Romanis, sed & totius orbis Ecclesijs est.

Et Cardinalis Sireletus Bibliothecarius ad sanctum Carolum Cardinale Borromaeum scribens, in huius Ecclesiae tractatu ordinem Romani Cleri exponens, sanctae Mariae Maioris Ecclesiam primo loco reponit, etiam vsque à Calisto Papa Tertio: Obseruo in libro ceremoniali Caestini Tertij Pape, Clerum, & Canonicos sanctae Mariae Maioris in solemnibus Litanijs maioribus, quae fiebant in die sancti Marci ad sanctum Petrum, Canonicos, & Clerum sancti Petri olim processisse. Primum enim ibat Crux Sancti Laurentij extra muros. Secundo Sancti Petri. Tertio Sanctae Mariae Maioris. Quarto Lateran. Quinto Crux Pape.

Et Caestini liber de caeremonijs agens, apud Vaticanam Bibliothecam legitur, & alius auctor manuscriptis contradicentiam, addit his verbis: Quinque sunt Basilicae, quae Patriarchales vocantur, praecipuos Christiani orbis Patriarchas significantes. Lateranens. prima, quae summum Romanum Pontificem. Secunda Sancti Petri, quae Ephesum. Tertia Sancti Pauli, quae Alexandrinam. Quarta Sanctae Mariae Maioris, quae Antiochenam. Ultima Sancti Laurentij extra muros, quae Hierosolymitanam representat. Et inferius: Ranuccius Farnesius Cardinalis Sancti Angeli, Basilicae Lateranensis Archipresbyter dicere solitus

erat Canonicos, & Clerum Sanctae Mariae Maioris in processibus precedere debere Canonicos Sancti Petri. Quod etiam ex ceremoniali Caestini Tertij colligitur. Ponit enim in Litanijs maioribus, Primo ibat Crux sancti Laurentij. Secundo sancti Petri. Tertio sanctae Mariae Maioris. Quarto Lateranens. Quinto vero loco Crux Pape.

De significato, origine, progressibus harum quinque Basilicarum (Deo fauente) in nostra militia Romanae Ecclesiae fuse trademus; tantum hic addentes quinque Mundi Patriarchas innuere; & quidem primum, & omnium caput Romanum Pontificem, ceteros vero peregrinos, & externos, nimirum Patriarcham Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum. Alij credunt quatuor orbis partes denotare, quae Romae summo Pontifici obedientiam praestant. Sed de his alijs. Quod haec Basilica maximis fuerit honoribus a Pontificibus decorata, potest ex varijs deprehendi, sed praesertim ex Anaestasio Bibliothecario, qui testatur saepius Pontifices fuisse in ea creatos, & etiam coronatos, atque consecratos: nec non varia Concilia conuocata, & plures Pontifices habitasse. saepius etiam in anno summus Pontifex magna Cardinalium, & nobilissimorum pompa, atque caeremonijs ad illam ibat, ubi sacrificium fiebat, velut etiam hodie obseruatur à Paulo V. Pont. Max. quae omnia dignitatem manifestant, praeterquam quod valde refert asserere praeter huius Ecclesiae foribus Manicheorum libros fuisse ignibus consignatos; ita enim Anaestasijs: Fuit Gelasius Papa tempore Theodori Regis, & Zenonis Augusti. Gelasij temporibus inuenti sunt Manichei in Vrbe Roma, quos in exilio deportari praecipit, quorum codices ante fores Basilicae S. Mariae maioris incendio concremauit.

Et ad magis confirmandum, quod diximus, potest afferri quod Anaest. testatur vna cum alijs: Post haec vero cunctus Dei populus congregatus est intra Venerabilem Basil. S. Dei genitricis ad Praesepe, ubi & omnes misericordiam Domini Dei nostri petentes, & ipsius Dominae nostrae sanctae, semperque Virginis Dei genitricis Mariae, bono animo, & consona voce praeditum beatissimum virum sibi eligunt Pontificem. Quem omnes sincera mente cum laudis precoribus in Basilicam Saluatoris, quae appellatur Constantimiana deportauerunt, et exinde intus venerunt, & in Patriarchium iuxta morem intromiserunt. Et in 1. tomo Concil. in vita Valentini I. & apud eundem Anaest. sic adest: Collectus igitur in unum Venerabilibus Episcopis, & gloriosiss. Roma.

Zib. 1. Petrus de Monte

Zib. 1. de miraculis pag. 27. c. 3

vide S. Petrum mirabilis, & v. Christiana de Brina Virum, & Cluniacensis Abbatem opera haec non vulgari, S. Petri de Monte. Martyrum lib. 2. pagin. 27. de miraculo clericorum Romanorum in Ecclesia Matris Domini cap. 3.

Canonici S. Mariae Maioris, S. Petri Canonici in publicis supplicationibus distinguuntur

Eadem de Ranuccij testimonium.

Card. Sireletus in mensurae, Paganus de off. Eccles. Quod significat curae istius quinque Patriarchales Ecclesiae non vna tantum est iurisdic. Ex mansuet. Card. Sirelet. Anaest. in vita Gelasij anno 492. Baron. tom. 4. ad ann. 492. In hac Basilica Crux Pontificis creatos, inaugurat.

Nestorij Manicheorum lib. praefocibus huiusmodi sic ignibus traditi. Baron. tom. 4. ad ann. 773. Platini in vita Steph. 3. Concil. in vita 104. Caest. in vita 104.

Anaest. in vita Valentini Pontificis Baron. tom. 4. ad ann. 577. Platini in vita 104. Anaest. in vita 104. Concil. in vita 104.

Romanorum Proceribus, omnique ample Urbis Populo in Palatio Lateranensi, ut quod iam cordi celsitus reuelatum, equiter omnes tenebant, in uno multorum sonitu resonaret, unius voluntatis consensu fortiter acclamatum est, Valentinum sanctissimum Archidiaconum Sedis Apostolicæ dignum Valentini summi Pontificatus insula decorandum. His itaque mellifluè dictis, una mox omnes pacis coniunctione manentes ad Ecclesiam sanctæ Dei genitricis, semperque Virginis Mariae, Domine nostræ Sacri Clericorum, & Romanorum Proceres pariter cum populo properantes, multiplices cum Domino grates ac laudes reddentē more solito inuenerunt. Quem illico multum ac diutius renitentem, seque tanti regiminis fore incongruum voce strenua profitentem, alma plebis & letis vtriusque militiæ Romanorum electus est vocibus in Sede Pontificum, &c.

Fuit etiam in tali Basilica ad Pontificatum euectus Syluester Papa Tertius, velut apud Paninum: Silvester Tertius olim Episcopus Sabinus, in schismate contra Benedictum VIII. Papa creatus fuit apud huius Basilicæ patriarchium.

Et Adrianus Secundus, ut ex prædictis, & ex prima parte decret. Nos tantum addeimus, quæ apud Gulielmum Bibliothecariū: Ita ut lapis Angularis salua reuerentia Iesu Christi Domini nostri, quodammodo possit vocari. Quoniam per ostensionem, immo profectionem suam soluens inimicitias cordium fecit utraque unum. Collectis igitur omnibus tam Episcopis cum vniuerso Clero, quam Primoribus Urbis, cum obsecundantibus sibi Populis, ab Ecclesia sanctæ Dei genitricis, semperque Virginis Mariæ, quæ appellatur ad Præsepe rapitur, trahitur, & ad Lateranen. Patriarchium certatim, ac à Procerum, & Plebis multitudine deportatur, &c.

Possent etiam addi de Benedicto Nono, & alijs quamplurimis, qui in tali Basilica sunt Pontifices creati, vel certè consecrati; sed cū passim apud Auctores occurrant, tantum satis sit indicasse.

Hæc Basilica Patriarchali Palatio iungebatur, vbi summi Pontifices morabantur, sed præsertim Adrianus Secundus, qui velut deprehenditur, etiam ibidem regios Legatos, & Imperatoris videtur excepisse; nec non Concilia congregasse, quod Gulielmus testatur: At verò Basilius Legatus Imperatoris, & Ioannes Metropolitæ Cæsareæ Cappadociæ, Nicolaus fuerant destinati. Hinc sanctissimo Papæ Adriano cum Episcopis, & Proceribus in Secretario sanctæ Mariæ Maioris, iuxta morem

A sanctæ Sedis Apostolicæ residenti se satis humiliter præsentarunt, dona, epistolæ obtulerunt.

Nicolaus Quartus ibidem residebat, & pariter. Clemens Tertius, dum Romæ manerent, & plurimi credunt non solum sanctum Gregorium ibidem habitasse, sed etiam Homiliæ scripsisse. Sic ex Auctoribus, & Bullis cognoscitur, quæ in Vaticano asseruantur, sub data apud sanctam Mariam Maiorem. Solebant pariter in quatuor temporum ieiunijs Cardinales declarari, qui tunc creati erant, quod Honuphrius affirmat: Quatuor ferijs quatuor temporum in Statione, quæ in ea erat, Pontifex Romanus eos, quos Diaconos, & Presbyteros Cardinales creare constituerat, in hac Basilica publicè pronuntiabat.

In hac Basilica fuit pronuntiatus Card. Pompeius Columna, Anno Dominicæ Natiuitatis millesimo quadragesimo septuagesimo tertio, Pontificatus secundo, die Veneris, nonis Maij, Romæ apud sanctam Mariam Maiorem, Papa Sixtus Quartus fecit secundam Cardinalium ordinationem, qua octo Cardinales Presbyteros creauit, qui fuerunt Philippus de Leui Gallus Archiepiscopus Arelatensis Presbyter Cardinalis Sanctorum Petri, & Marcellini. Stephanus Nardinus Foroliuensis Archiepiscopus Mediolanensis, Presbyter Cardinalis tituli Sancti Adriani, mox Sanctæ Mariæ Transyberim. Auxias de Podio Valentinus Hispanus, Archiepiscopus Montis Regalis in Sicilia, Presbyter Cardinalis Sancti Vitalis, mox tituli Vestine, post tituli Sanctæ Sabine. Petrus

D Gundisalvus de Mendoza Hispanus, Episcopus Saguntinus, Presbyter Cardinalis, tituli Sanctæ Mariæ in Dominica. Antonius Iacobus Venerius Recanatenensis, Picenus Presbyter Cardinalis, tituli Sanctorum Viti, & Modesti in Macello Martyrum. Ioannes Baptista Cibo Genuensis, Episcopus Melfitensis, Presbyter Cardinalis, tituli Sanctæ Balbinæ. Ioannes Arcimboldus Mediolanensis Episcopus Nouariensis, Presbyter Cardinalis, tituli Sanctorum Nerei, & Archilei. Philippus Vgonuti Gallus Burgundus, Episcopus Matisconen. Presbyter Cardinalis, tituli sanctæ Lucie in Silice (vt ait Frater Alphonfus Ciacconus in vita Sixti Quarti) cum alijs, qui breuitati studeo omittuntur. Licet etiam huius Ecclesiæ dignitatem ex alijs comprehendere, de quibus suis locis. nos modo addemus, quod fuit prius notatum, antiquos Pontifices, & etiam nostris temporibus sæpius in anno facrum fecisse, Cardinalium Collegio adstante. Et primum in Stationum diebus, in nocte Natiuitatis Domini, & etiam in die Purificatio-

E

In bulla eiusd. Nicol. in Ar. bi. huius basilicæ. In registro Pij Secundi & in Archiepisc.

Honuph. d. sep. Eccles. pag. 24.

Onuph. & Ciac. in vita Sixti IV

Honuph. de sep. Eccles. pag. 239. & 240.

Adrian. c. Adrianus in vita Pontificum in consuetudinibus in Biblioth. Vatic. sub nomine Damasi in Vit. Adrian. 2. in Anst. Catal. Biblioth. in vita Adrian. 2. Baron. tom. 10. ad ann. 867. Plat. & Honuph. in vita Adrian. 2.

Apud hanc Aedem summos quoque habitant Pontifices.

In bulla eiusd. Guliel. Biblioth. in vita Adriani 2. Honuph. in Plat. in annotation. in Adr. 2. Vit. Baron. tom. 20. Pontificale Romanum sub nomine Damasi in vita Hadr. 2. in Bibliotheca Vaticana.

In manuscript.  
superius citato.

ficationis Beatae Mariae Virginis, Die sancti Ioannis Euangelistae, & alijs diebus, quos Cardinalis Sirletus in suo tractatu declarat: Nocte Natalis Domini ad Cappellam Praesepij in prima missa, in missa maiori, &c. In die Assumptionis Beatae Virginis. In festo Dedicacionis Ecclesiae Niuvis, quibus diebus, & praesertim Natalis Domini, Purificationis, Paschae, & Ascensionis Dominicae, Pontifex in ea missas celebrare solebat, & die Purificationis processionem, a sancti Adriani ad dictam Basilicam candelis accensis, pedibus nudis incedebat, ibique celebrare solebat. & nocte Natalis Domini in Cappella Praesepij: Die vero in altari maiori sacra faciebat.

Anast. in vita  
Adriani I. Hon.  
& Platin & alij  
Baron. tom. 9.  
ad ann. 779.  
usque ad 795.

Et Sixti Quinti Pontificatu, Natalis Domini nocte, nosmet vidimus Missam celebrari magna caeremonia, summo Pontifice, & Cardinalium Collegio praesentibus. Huius Ecclesiae nobilitatem simul etiam denotat, quia Adrianus Primus circa annum Domini 779. Carolum Magnum hic excepit, vna cum suis omnibus; ad quorum spectum summus Pontifex sacra celebravit die Paschae Resurrectionis Domini. Quo pacto in Lateranum peruenerunt. Sic Anastasius: Alio vero die, illucescente Dominico sancto in ipsa sacratissima Paschali festiuitate direxit diluculo ipse sanctissimus Praesul cunctos Iudices & uniuersa obsequia militum ad eundem Regem, & cum magno honore eum suscipientes, in Ecclesiam sanctae Dei genitricis ad Praesepe prope raui cum omnibus, qui cum eo aduenerant Franc. Et post missarum solemniam celebrata perrexit cum praenominato Pontifice in Lateranum. Patriarchium, illic ad mensam Apostolicam pariter epulati sunt. Alia vero die, secunda feria, simili modo in Ecclesiam sancti Petri.

Tom. 8. ad ann.  
447. in vita  
Leon. Papa 1.

Nec silentio praetermittendum est, quod Baronius ad huius Basilicae nobilitatem ostendam hoc pacto annotauit: Referre etiam ad Pontificem quod gestum esset, Notariorum partium fuisse, cum ex multis alijs, tum ex Romano ordine habes in officio Missae, ubi dicitur: Die autem resurrectionis Dominicae, procedente Pontifice ad sanctam Mariam, Notarius Regionarius stat in loco, qui dicitur Merulanas, & salutato Pontifice dicit: In nomine Domini nostri Iesu Christi baptizati sunt hesternae nocte in sancta Dei genitrice Maria infantes, masculi tot numero, feminae tot, &c.

Adest etiam in hac Basilica sacrum ostium, pro anno Iubilaei, quod Archipresbyter Cardinalis aperit: & maiori Altari eadem privilegia sunt concessa, quae Lateranense habet, velut idem Sirletus his verbis: In ea anno

A sancti Iubilaei est Porta sancta, quae ab Archipresbytero aperiri solet, quod a Clemente Septimo fuit institutum. Super eius Altari maiori nemo nisi Papa vel Cardinalis, Domini Papae licentia celebrat, ut in sancti Petri, & Lateranensis Ecclesiae Altaribus.

In Archiuio Capituli sancti Petri in Vaticano Caeremoniale asseruatur, cuius inscriptio est huiusmodi: Caeremoniale Benedicti Canonici sancti Petri, &c. Ex quo intelligitur ritus, & reuerentia, quae apud Priscos Pontifices de hac Basilica vigeat. Etenim sic legitur: In Assumptione sanctae Mariae Dominus Papa cum omni Curia facit Vespere, & Vigiliis nouem lectionum in Ecclesia sanctae Mariae Maioris.

Anno Domini 865. in eadem Ecclesia, Nicolaus Primus, Concilium congregauit, anno Pontificatus octauo, in quo fuit habitum de restitutione Rothaldi Sueuionum. Episcopi suae Ecclesiae. Baronius: Post illa quae in Vigilijs Natalis diei Domini transacta fuisse in Ecclesia sanctae Mariae ad Praesepe tradit, quando videlicet iussus est indui sacerdotalibus indumentis, subiicit ista. Rursum expectatis aliquantulis diebus, scilicet usque ad diem Natiuitatis sanctae Virginis Agnetis, quae est duodecimo Calendas Februarij, sed nec sic quisquam adfuit aduersus Rothaldum iam restitutum Episcopum. Hinc intelligitur quanta sit huius Basilicae praestantia, cuius muneri septem Cardinales destinabantur, quod Ptolomaeus Lucensis testatur in summorum Pontificum Chronicis his verbis: Presbyterorum Cardinalium quilibet suam septimanam seruans in Missis, & horis assistent Domino Papae. Postea cum numerauerit septem Episcopos, qui Altari maiori sancti Ioannis Laterani adstant, addit septem Presbyteros Cardinales, qui Ecclesiae sanctae Mariae Maioris seruiebant hoc ordine: Septem Cardinales Presbyteros sanctae Mariae Maioris sunt sanctorum Apostolorum, sancti Cyriaci in Thermis, sancti Eusebij, sanctae Pudentianae, sancti Vitalis, sanctorum Marcellini, & Petri, sancti Clementis.

E Sequitur postea ordo caeterorum Presbyterorum Cardinalium in caeteris Basilicis Patriarchalibus seruientium, ut superius retulimus. Quare non est negandum hanc Basilicam post sanctum Ioannem Lateranensem, primum gradum occupare. Et ad huius confirmationem, vnum addemus ex veteri Caeremoniali, dum de B. Virg. Assumptione tractat, cuius festiuitatem summus Pontifex maxima popa, & apparatu celebrabat. Sic enim inquit: In vigilia S. Mariae, mane Dominus Papa

Archiep. in  
in vatican.

De hoc Concilio  
vide Anast. in  
vita Nicol. I.  
Honorij. Platin.  
Cicco. in vita  
eiusd.  
Concil. 2. tom.  
Synod. Rom.  
in vita Nicol.  
Bar. tom. 10. ad  
ann. 106. in  
vita Nicol. I.  
Ludouic. tom.  
x. Michae.  
imp. ann. 10.  
Anast. in vita  
Nicol. Papa 1.

Vide Platin.  
Ludouic. tom.  
10. Michae.  
imp. ann. 10.  
Anast. in vita  
Nicol. Papa 1.

In vita  
Nicol. I.  
Honorij. Platin.  
Cicco. in vita  
eiusd.  
Concil. 2. tom.  
Synod. Rom.  
in vita Nicol.  
Bar. tom. 10. ad  
ann. 106. in  
vita Nicol. I.  
Ludouic. tom.  
x. Michae.  
imp. ann. 10.  
Anast. in vita  
Nicol. Papa 1.

Vide A.  
vita de  
de Petri  
de B.  
ann. 7.  
de Platin.  
de Platin.

Ex cremonali  
Benedicti Cas-  
sini S. Petri ad  
D. Guidonem de  
Castro, qui fuit  
frater Calestin.  
Papa II. circa  
annum Domini  
1174. Extr. Ca-  
nonum, in Ar-  
chiepiscopi Cas-  
sini.

Papa cum Cardinalibus discalceatis pedibus fa-  
cit septem genua, & aperit Imaginem, & oscu-  
latur pedes Domini, & deponit visum cantan-  
do, Te Deum laudamus, quod instituit Leo  
Papa Quartus.

In Assumptione Sancte Marie, Dominus  
Papa cum omni Curia facit Vesperas, & vi-  
giliam novem Lectionum in Ecclesia Sancte  
Marie Maioris: cum fuerint finite, reuertitur  
Lateranum. Cardinales, & Diaconi acci-  
piunt Imaginem Iesu Christi, & abstrahunt  
de Basilica Sancti Laurentij cum omni populo  
agentes eam per campum Lateranum iuxta Bas-  
ilicam Sancti Gregorij. Crucem stationalem  
portat Regionarius post eam, postque pro-  
cessio Curie ordinatè procedens cantando Psal-  
mos, Primicerius cum Schola respondit de ead-  
dem festiuitate, Prefectus cum duodecim vi-  
ris accipit à Curia duodecim faculas, ostiarij  
verò alias duodecim portantes accensas ante  
Imaginem. Dum Imago transiit per campum  
Cubicularij stant in culmine Beati Gregorij te-  
nentes duas faculas accensas: qua Imagine  
transacta extinguunt faculas. cumque Imago  
venerit ad Sanctam Mariam Nouam depou-  
nunt eam ante Ecclesiam, & lauant pedes  
eius de bailico. Interim Scholæ faciunt matu-  
tinum in Ecclesia trium lectionum. Populi ve-  
ro laudantes, & benedicentes Dominum, tol-  
lunt eam inde, & portant ad sanctum Adria-  
num, & ibi lauant pedes. Exeuntes autem de  
Ecclesia redeunt per viam, qua venerunt, &  
portant eam per arcum in lathone, quia anti-  
quo tempore magna persecutio erat ibi Diaboli,  
deinde transiunt iuxta Domum Orphai propter  
Basiliscum, qui tunc temporis ibi latitabat in  
cauerna, cuius fetore, & sibilo homines ibi  
transiuntes infirmabantur, & moriebantur. Id-  
circo Sergius Papa constituit hanc processionem  
in hac tanta festiuitate, quatenus per laudes  
tantorum populorum, & intercessionem San-  
cte Virginis Marie apud Deum, Populus Ro-  
manus ab his persecutionibus liberaretur. Ascen-  
dentes ad Sanctam Mariam Dominus Pontifex  
preparatus cantat Missam: Benedicit populum  
fatigatum, & omnes recedunt. Non solum in  
hac festiuitate Sergius hanc processionem consti-  
tuit, Verum etiam in festiuitate Annunciatio-  
nis Sancte Dei genitricis, semperque Virginis  
Marie, ac sancti Simeonis, quod Ehyapan-  
tem Greci appellabant, Litania exeat à sancto  
Adriano, & ad sanctam Mariam occurrat  
populus, ut ait Anastasius.

Et Platina in vita Stephani Papæ Secundi.  
Litania præterea instituit ad placandam Dei  
iram. Itum est primo Sabbato ad sanctam Dei

genitricem ad Præsepe, secundo ad Beatum Pe-  
trum in Vaticanum, tertio ad S. Paulum in  
via Ostiensi.

Et in vita Leonis Papæ Tertij. Nec non in-  
stituitis trium dierum supplicationibus ante diem  
Ascensionis, quibus prima die ab Ecclesia Dei ge-  
nitricis ad Præsepe ad Basilicam Constantinia-  
nam, secunda ab Ecclesia Beate Sabine marty-  
ris ad sanctum Paulum, tertia à sancta Cruce  
in Hierusalem, ad sanctum Laurentium extra  
muros ibatur.

Et in vita Benedicti Papæ Tertij. Qui flens  
& Deum, ac Sanctos testes faciens, se nequa-  
quam dignum esse, qui tante sedi præficeretur,  
dicebat. Acclamantibus itaque omnibus, & ele-  
ctionem approbantibus, inuitus tandem Pontifi-  
cium munus suscipiens, in atrium Lateranense  
perducitur, & in sede Petri collocatur. Inde  
verò in equo albo sedens ad Ecclesiam sancte  
Marie ad Præsepe ductus, ieiunij triduo, &  
orationibus vacauit, Deum rogans, ut sibi lice-  
ret sancte, & integrè Ecclesiam suam gu-  
bernare.

Et in vita Gregorij Septimi Papæ. Tum  
verò Gibertus soluto Concilio, & criminandi  
Gregorij occasione nactus, ad Pontificatum vi-  
a querens, Cincium Romanum, Stephani Præfecti  
Vrbis filium, hominem temerarium, & sedi-  
tiosum, in Pontificem animat, magna ei pollici-  
tus Imperatoris nomine, si tantum facinus ex-  
sententia confecisset. Struclis itaque insidijs Cin-  
cius, dum Pontifex media nocte Natalis Domi-  
ni celebrat in templo Beate Marie ad Præsepe,  
qua maior nunc dicitur, irrumpens cum satel-  
litibus, & coniuuatis, dum hostiam sacrificij  
committit, hominem capit, & in Regionem Pa-  
rionis secum trahens, in turri quadam munitissi-  
ma eum collocat. Sequenti verò die Populus Ro-  
manus cognito facinore, in Cincium arma susci-  
pit, Pontificem liberat, edes, ac turrim scelerati  
hominis à fundamentis euertit, familiamq; eius  
nares mutilatam ab Vrbe pellit. Ipse verò Cin-  
cius tanti mali auctor fuga salutem querens, in  
Germaniam varijs tramitibus ad Imperatorem  
tandem peruenit.

Et in vita Adriani Papæ Sexti. Fædere ta-  
men iunxit non quidem omnes, sed præcipuos Chri-  
stianæ pietatis Monarchas, liberatq; Italia Ciuit.  
in primis Sedem Apost. Carolum lectum Cesarè,  
Henricum Angliæ, Ludouicum Vngariæ Reges, &  
minores aliquot Italia Principes. Quorum omnium  
Legatis apparatus epulum Romæ Pompeius  
Columna Cardin. dedit. Tametsi causa fæderis  
præcipua erat tueri Italiam ab incurso Turcarum,  
qui à capta Rhodo feroces, à bello minime cessa-  
turi videbantur: quam ob causam Cesar etiam  
cum

Leo Papa Ter-  
tius Litania an-  
te Ascens. Dom.  
instituit.  
De veritate hu-  
ius histor. vide  
Anast. in vita  
Leonis Papæ ij.

Vide Plat. in vi-  
ta Benedicti Pa-  
pæ ij.  
Et Anast. Bibl.

Vide Plat. in vi-  
ta Gregor. Papæ  
septimi.

Vide Sigoniam.  
& Plat. in vita  
Stephani Secun-  
di Papæ.

Populus Rom.  
arma suscipit cõ-  
tra Cincium sedi-  
tiosum homi-  
nem.

Vide Omphrium  
Pannin. in vita  
Adriani Papæ  
Sexti. & de vij.  
Vrbis Eccles.

Vide Anast. in  
vita Sergij Pa-  
pæ primi.  
Et Baron. ad  
ann. 701. re. 3.  
Et Plat. in vita  
Ippis Sergij.

cum Venetis pacem firmavit. Vnus gallus extra ius foederis erat, sed sic, ut inferi posset, si conditionibus oblatis stare vellet. Ac constitit foedus illud usque ad obitum Pontificis, à quo mox diremptum fuit: foederi autem publicando locus constitutus, aedes Virginis matris erat, vulgo sanctae Mariae maioris, olim sanctae Mariae ad Praesepe appellata. Hic cum Pontifex per se interesse cuperet, quò res maioris auctoritatis esset, medici retulerunt. Adhuc ostendimus deuotionem, atque frequentiam in rebus fummorù Pont. & Christianorum Principù difficillimis; erga hanc Ecclesiam praestitam, sequitur attingere, quod nostra memoria contingit, tū ad gratias agendas de Christianae Reipublicae feliciter successis, tum ad opem de publicis, atque arduis implorandam; pro quibus summi Pontif. vnà cum Clero, & Populo Romano magna pompa, atque ordine Basilicam adierunt. Et primum ostendimus Iubileum Sixti V. initio Pontificatus, ad lumen, & auxilium pro Reipublicae Christianae bono implorandum, vti latius in Bulla.

Sixtus Papae V. Iubileum pro Reipublicae Christianae bono proponens à S. Maria in Araceli ad S. Matrem Maioris Basilicam incedit.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis Christianis praesentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem, &c. Et nihilominus ut Deum magis propitium nobis, & populo Christiano reddere, ipsi quantum nostrae tenuitati concedetur, gratias agere valeamus. & ad tantum onus sustinendum vires impetremus; Nos ipsi supplicationes, processionesque vnà cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, omnibusque Praelatis, & Romanae Curiae Magistratibus, die Luna, qui erit xxvij. dies praesentis mensis Maij ab Ecclesia sanctae Mariae in Araceli, usque ad Basilicam sanctae Mariae maioris habere, atque incedere statuimus, &c. Datum Romae apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae. M. D. LXXXV. Septimo Kalendas Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

In vita Greg. XIV. regitri.

Idem Gregorius XIV. eisdem ex causis adductus praestitit.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis, & singulis praesentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum nonnulli Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, sacrarum scripturarum testimonio, antiquorumque Patrum exemplo adducti, Catholicae Ecclesiae gubernacula sumentes, opem à Deo postulare, atque Christianos ad poenitentiam, orationes, & misericordiae opera inuitare consueuerint, &c. Quamplura enim huic tempestati peculiariter mala nos argent. Flagellis diuinis undique affligimur, fame premi-

mur, morbis vexamur, bellis argemur, in dies peiora metuimus: hominum denique frigescente charitate, aucta est iniquitas. Neque verò haec ab instituto nos deterrent, sed ad vehementius his ipsis operibus assidua sollicitudine incumbendum potius inflammant. Propterea Dei, ac Domini nostri Iesu Christi, qui etiam cum uiscitur misericors est, opem postulandam, publicasque supplicationes cum Indulgentijs indicendas duximus. Praeparemus itaque corda nostra Domino, magnoque affectu precum, ianuam pulsemus Dominicae propitiationis, voces actibus adiuuemus, exemplis ut verbis instemus, ne fiat inanis oratio, ubi praua est actio. Deus noster iustus, & pius est, & sicut in poenitentibus districtus, ita est conuersis misericors. Ad ipsum mente contriti vigilanter curramus, ab ipso electionis nostrae solatia postulemus, qui nouit emendatos in praesenti vita à tribulationibus liberare, & in futura ad aeterna gaudia perducere. Nec si statim non exaudiamur, ab oratione desiciamus, imò assidua deprecatione insistamus. vult

Deus rogari, vult quadam importunitate vinci. Quapropter ab hac alma Urbe nostra, quam Dominus noster Iesus Christus Catholicae Ecclesiae suae sanctae caput, & primariam sedem constituit, initium sumentes, ad eiusdem Urbis Basilicas, Principis nimirum Apostolorum in Vaticano, nec non Beatae Mariae maioris prima hebdomada, quae erit post festum Epiphaniae, ad diem nonam praesentis mensis Ianuarij, solennes supplicationes, & processiones de more indicimus: in quibus Basilicis nos cum omni demissione, & humilitate mentis, & corporis, vnà cum venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ac Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud nos existentibus, alijsque Praelatis, & Officialibus Romanae Curiae, & Magistratibus Populi Romani, vniuersoque Clero, & populo comitante, dictas supplicationes, & processiones celebrare decreuimus &c. Datum Romae, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo nonis Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

Et Clementis Papae Octaui temporibus ipsius Pontificatus initio, ita in bulla habemus: Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, Vniuersis Christianis praesentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum calamitose hoc tempore, quo Catholica Ecclesia in magnis adhuc rerum perturbationibus versatur, diuina bonitas infirmitatem nostram, nihil minus expectantem, ad supremum eiusdem Ecclesiae regimen assumpserit, illud praecipue

Clementis Octaui Pontificatus initio in S. Petri in Vaticano

Gregorius XIV. Iubileum pro Reipublicae Christianae bono proponens à S. Maria in Araceli ad S. Matrem Maioris Basilicam incedit.

Clementis Octaui Pontificatus initio in S. Petri in Vaticano

que nobis curandum esse agnoscimus, ut actiones nostras ab ipso inchoemus, ad quem cogitationes dirigimus; & inde omnis nostra operatio incipiat, unde cum, quem boni omnes optant, felicem exitum sortiatur, &c. Qua propter ab hac Alma Vrbe nostra, in qua Dominus noster Iesus Christus, suam in terris sedem fundauit, omnium Ecclesiarum matrem, atque magistram initium sumentes, ad eiusdem Urbis Basilicas, Principis nimirum Apostolorum in Vaticano, nec non Beate Marie Maioris proxima hebdomada, que erit post primam Dominicam Quadragesime, ad diem decimam nonam, & vigesimam primam solemnes supplicationes, & processiones de more indicimus, ad quas Basilicas nos cum omni demissione, & humilitate mentis, & corporis una cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud nos existentibus, aliisque Prælatibus Rom. Curie, & Magistratibus Populi Rom. uniuersisque Clero, & Populo comitante, accedere, dictasque processiones, & supplicationes habere, & celebrare decreuimus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarn. Dom. 1591. 15. Kal. Maij, Pontific. nostri, anno primo.

Et anno 2. Pontificatus ipsius, ut in Bulla Clemens Episc. seruus seruorum Dei. Vniuersis Christianis Fidelibus. Graue Apost. seruitutis onus nullis nostris meritis, sed diuina voluntate nobis dudum impositum, cum præteritarum calamitatum recordatio, tu præsertim sensus, & futurarum metus multo grauius afficiunt, &c. Quapropter in hac Alma Vrbe nostra ad Basilicas Principis Apost. in Vaticano, nec non B. Marie maioris, hebdomada, que erit post 2. Dominicam Quadragesime, diebus per nos eligendis, solemnes supplicationes, & processiones de more indicimus; ad quas Basilicas, vel earum alteram, nos ipsi una cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Card. nec non Archiepiscopis, atque Episcopis qui Romæ fuerint, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud nos existentibus, aliisque Prælatibus, & Officialibus Rom. Curie, & Magistratibus Populi Romani, uniuersisque Clero, & Populo Comitante, supplices adire, ipsasque Processiones generales celebrare constituimus, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, tertio idus Martij, Pontificatus nostri, anno secundo.

Et anno sexto eius Pontificatus. Clemens Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis Christianis Fidelibus, ad quos presentes litteras peruenerint, salutem, & Apostolicam benedictionem. Super custodiam Domini Gregis, & uniuers-

A salis Ecclesiæ stantes, in qua Spiritus sanctus, non propter merita, sed propter diuine bonitatis sue abundantiam, humilitatem nostram collocauit, & in omnes Christiane Reipublice partes oculos solitudinis nostræ conuertentes, eiusque afflictum, & luctuosum statum circumquaque contemplantes, acerbissimo doloris sensu, dies, noctesque commouemur, &c. Nos, qui licet indigni, communis omnium fidelium partis personam, & eiusdem Christi uices gerimus in terris, uniuersos, & singulos Christianos prefatos, iterum, atque iterum, paternè, & efficaciter in Domino hortamur, rogamus, & obsecramus, ut uerè conuersi, ad cor redeant, & omnibus peccatis, & peccandi occasionibus relictis, Deo clementissimo Patri reconcilientur. Cupientesque pro Pastoralis officio, ceteros exemplo nostro, quantum Deo iuuante possumus, permouere, initium salutaris penitentiæ, & unanimitatis orationis ab hac Alma Vrbe nostra faciendum duximus. Atque ut in tam miserabili Christiane Reipubl. statu, in primis Beatiss. Virginis Dei Genitricis Mariæ precibus, & meritis adiuuemur, quæ est mater gratiæ, & misericordiæ aduocata peccatorum, & auxilium Christianorum, Processiones solemnes indicimus ad Venerabilem Basilicam sanctæ Mariæ Maioris, & ad Ecclesiam sanctæ Mariæ de Populo nuncupatas, ad quas Ecclesias Nos ipsi, hebdomada ipsa, que erit secunda mensis Iulij, diebus per nos designandis, una cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, in Romana Curia presentibus, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus in Vrbe commorantibus, aliisque Prælatibus, & Officialibus Romane Curie, ac Magistratibus Populi Romani, uniuersoque Clero, & Populo, ac spiritu humilitatis, & animo contrito procedemus, &c. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, tertio nonas Iulij, Pontificatus nostri, Anno sexto.

Iubilæum S. D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ V. Ad diuinam opem in præsentibus Ecclesiæ necessitatibus implorandam. Paulus Episcopus seruus seruorum Dei. Vniuersis Christianis Fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem, &c. Ut autem Christiani fideles unanimes pro exaltatione sanctæ Mariæ Eccl. ueræ fidei propagatione, heresumque extirpatione, Principum Christianorum concordia, & unione, cunctisque Eccl. necessitatibus, ac pro nostra, totiusque Christiani populi salute, eò libentius Deum precantur, quò uberioris spiritualibus gratijs se reflectos esse cognouerint. De

L omni-

Clemens Papa Octauus Iubilæum inchoans à S. Petro in Vaticano ad S. Mariam Maioris Basilicam accedit.

Clemens VIII. Iubilæum constituit ab Ecclesia S. Mariæ Maioris ad Ecclesiam S. Mariæ de Populo procedit.

Clemens VIII. Iubilæum decretum ad S. Petrum in Vaticano, vel S. Mariam Maiorem adire exiit.



Paulus V. Pp̄e.  
Max. Iubilaeum  
profertens ab Ec-  
clesia S. Mariae  
Angelorum in  
Thermis Diocle-  
tiani ad S. Ma-  
riam Maiorem Ba-  
silicam procedit.

omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Pe-  
tri, & Pauli eius Apostolorum auctoritate con-  
fisi, ex illa ligandi, atque soluendi potestate, quam  
Deus nobis, licet indignis, contulit, thesauros Ec-  
clesiae suae copiosius aperientes, & uniuersis, & sin-  
gulis utriusque sexus, Christifidelibus, in hac  
alma Vrbe degentibus, qui solemnii processioni,  
quam ab Ecclesia Sanctae Mariae Angelorum in  
Thermis Diocletianis, ad Basilicam Sanctae  
Mariae Maioris nos praesenti hebdomada, & ma-  
cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Ro-  
mana Ecclesiae Cardinalibus, ac Patriarchis, Ar-  
chiepiscopis, & Episcopis in Romana Curia praesentibus, atque una cum Regum, & Principum  
Christianorum, apud Nos, & Sedem Apo-  
stolicam Oratoribus, aliisque Prelatis, & Pro-  
ceribus, & uniuersoque Clero, & Populo agemus  
interfuerint, &c. Datum Romae apud Sanctum  
Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, mille-  
simo sexcentesimo sexto, decimotertio Kalendas  
Iulij, Pontificatus Nostri anno secundo.

Iubilaeum Vniuersale S. D. N. D. Pauli  
diuina prouidentia Papae V. Ad diuinam  
opem in praesentibus Ecclesiae necessitatibus  
implorandam.

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei.  
Uniuersis Christifidelibus, praesentes litteras in-  
specturis, salutem, & Apostolicam benedictionem,  
&c. Tempus leuandi corda nostra cum  
manibus ad Deum, hoc est, conuertendi Nos ad  
illum in poenitentiae lamentis, in oratione, in ie-  
iunio, in elemosynis. Benignus est enim, & mi-  
seris, & si nos a nostris culpis emendatos uiderit,  
in humilitate spiritus ad se confugere, potens est  
procellis sedatis, tranquillitatem magnam Eccle-  
siae suae facere. Ut autem diuinae misericordiae au-  
xilium implorari uilius possit, omnium fidelium  
unanimes preces inuitare, ac thesauris Ecclesiae,  
quorum auctore Domino, Dispensatores sumus,  
copiose erogandis excitare pro Pastoralis officij mu-  
nere, & Apostolicae Sedis in huiusmodi necessi-  
tibus uetusto more, decreuimus. Itaque ex  
parte omnipotentis Dei, Patris, & Filij, &  
Spiritus Sancti; omnes, & singulos utriusque

A sexus Christifideles, tam in alma Vrbe nostra,  
quam alibi ubique locorum constitutos, auctori-  
tate Apostolica paterne, enixeque requirimus,  
monemus, & in Domino adhortamur, ad in-  
frascripta deuote peragendum, & adimplendum,  
& ad pias, ac feruidas ad Altissimum preces  
effundendum, ut per uiscera misericordiae suae  
fidem Catholicam protegere, ab hostium conatu-  
bus, & insidijs defendere, haeresim extirpare,  
Principibus Christianis pacem, & ueram con-  
cordiam donare, ac praesentibus Ecclesiae necessita-  
tibus subuenire dignetur. Nos enim de omnipo-  
tentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, &  
Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa  
ligandi, atque soluendi potestate, quam nobis  
Dominus meritis minimè suffragantibus contulit,  
& uniuersis, & singulis Christifidelibus in alma  
Vrbe praedicta degentibus, qui solemnibus Pro-  
cessionibus, quas ab Ecclesia Sanctae Mariae  
Angelorum nuncupata, ad Basilicam Sanctae  
Mariae Maioris, & ab Ecclesia Sanctae Ma-  
riae super Mineruam, ad Ecclesiam S. Ma-  
riae de Anima, pariter nuncupata, Feria quarta,  
& sexta Nos sequenti hebdomada, & ma-  
cum Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Ro-  
mana Ecclesiae Cardinalibus, Christianorumque  
Regum, & Principum apud Nos, & Sedem  
Apostolicam Oratoribus, omnibusque Prelatis,  
& Proceribus, & uniuersoque Clero, & Populo  
agemus; interfuerint, &c. Datum Romae apud  
Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Do-  
minicae millesimo sexcentesimo octauo, sexto Ka-  
len. Septembr. Pontificatus Nostri anno quarto.

D Idem Paulus Quintus Pontifex, Da-  
tum apud sanctam Mariam ma-  
iorem iam obsoletum, nec  
ab alio Papa, à Sixti  
Quarti tempo-  
ribus con-  
fue-  
tum, Apostolicis  
litteris inno-  
uauit.

✱

FINIS LIBRI SEXTI.



BASI-